

præsumitur quis facere actum frustratorium; neque eligere viam, per quam impugnet iudicium suum. l. 3. ff. de militari testamento, l. hac stipulatio, § Divus, ff. ut le-
 22 gatorum, seu fideicommissorum nomine caveatur. Et in ambigui id accipimus, quos res, de qua agitur, in tuto sit, l. quoties, la segunda ff. de verb. obligat. l. quoties, ff. de regulis juris, & latius probat ipse Camillus ex n. 33. cum
 23 seqq. deinde n. 52. Et seqq. rectè etiam constituit, quòd actus valet omni meliori modo quo potest, quando apparet ex conjecturis, disponentem voluisse, valere actum omni meliori modo, quo posset; sed in casu prædicto constat aperte, testatorem voluisse facere perpetuum vinculum, aut Majoratum perpetuum, illumque inter eos, qui de familia sua essent, perpetuo durare: ergo ex quo id voluit expressè, videtur etiam & necessario voluisse aliud, sine quo id subsistere non posset, nec principalis intentio effectum fortiri, nempe ut si vocationes à se factæ, prout expressè fuerunt, servari non possent, ad eum modum reducerentur, juxta quem voluntas servari posset, ac in tuto maneret: quòd adeò verisimile est; & menti disponentis conforme, ut nullo in casu fortius urgere possit doctrina superior, quòd actus valet omni meliori modo, & c. quando ex conjecturis de voluntate disponentis apparet.
 25 Secundo constituo, quòd si meliorationem Tertii bonorum suorum, jure Majoratus possideri non expressit, nec voluit testator, sed tantum restitutionis gravamen apposuit, aut inter aliquas personas substitutiones fecit, quoad eas tantum, in quibus dict. l. 27. Tauri, ordo fuit omnibus, vitabitur dispositio, & rata manebit quoad reliquas, quæ secundum ordinem vocatæ fuerunt, ita ut in ultimo, qui à testatore utiliter, & secundum formam legis nominatus est, bona maneat libera, & divisibilia, & ab onere restitutionis immunita, argumento textus in leg. qui solidum, § prædium, ff. de legatis 2. cum aliis adductis per Molinam de Hispan. primogeniis, lib. 1. cap. 4. n. 1. Mieres de majoratu, 4. part. qu. 29. n. 1. & in terminis hujus casus loquuti sunt Ayora, Augulus, & Joannes Gutierrez, quorum mentionem fecimus supra num. 12. Et pro hac parte ultra ea, quæ adducit: Gutierrez dicta questione 51. num. 16. Et 17. illud mihi concludens esse videtur, quòd cum in hac specie uniuscujusque personæ diversa sit substitutio, aut vocatio, ut argumento l. coheredi, §. qui discretas, ff. de vulg. Et pup. substit. observarunt Rodericus Juarez in leg. quoniam in prioribus, 8. quest. in declaratione legis Regiæ, num. 6. Cod. de inofficioso testamento. Teltus Fernandez in l. 27. Tauri. nu. 2. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 1. num. 17. Mieres de majoratu, 2. part. quest. 10. num. 4. Joannes Gutierrez practiarum, lib. 2. quest. 52. num. 3. non debet substitutio, aut vocatio, quæ utiliter, & secundum formam legis facta est, per inutilem aliam vocationem, aut substitutionem vitari, ex vulgata regula l. sancimus, C. de donationibus, § l. 1. §. sed si mihi, ff. de verborum obligat. ubi post Bartolum, & alios antiquos communiter tradiderunt Doctores, quòd utile per inutile non vitatur in his, quæ separationem recipiunt, ut plenissime declarat Alciatus ibi, ex num. 30. cum multis seqq. dicens n. 31. idem esse in personis, ex Signorolo in conf. 114. & in testamentis, ut ibidem probavit n. 27. per textum in l. 2. ff. de his que pro non scriptis habentur, Et in l. hac consultiissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis, & vide post alios multos, Andream Gaill. practiarum observationum, lib. 2. observat. 4. n. 6. Et seqq. Et observat. 5. ex num. 8. Joannem Marcum Aquilinum in dict. l. 1. §. sed mihi, de verborum obligat. ex num. 9. cum multis seqq. Sarmientum selectarum libro 6. cap. 5. per totum, ubi plenè declarant, quando utile per inutile vitietur, vel non vitietur; & advertit, superiorem resolutionem procedere non debere, quando testator procederet ultra, annullando actum, si contra suum ordinem attentetur: tunc enim dispositio redderetur inutilis, cum nec testator acquiescat legi, nec ex testatori: quod rectè
 31 advertit Angulus, ut retulimus supra num. 12. & facile

comprobatur ex vulgatis juris principiis, & communibus Doctorum traditionibus, voluntatem, aut dispositionem testatoris contra leges, in eo, quòd provident in universo, & ad publicam utilitatem, vel respiciunt formam, servandam non esse, l. nemo potest, l. si quis inquilinos, §. finali, ff. de legatis 1. ubi plenè Doctores, maxime Joannes Gutierrez ex num. 6. Manchaca de successione creat. lib. 1. §. 7. Sed rejiciendam omninò, & consequenter actus quoscunque corrumpere, quoties testator voluit, quòd leges in suo testamento locum non haberent, l. 1. in princ. C. de usuris, l. servo alieno, §. finali, ff. de legatis 1. Simon de Præcis de interpretat. ult. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubitat. l. n. 60. Et 61. fol. 442. Et longè quidem interest, quòd testator simpliciter disponens, in vocationibus, aut substitutionibus ordinem præverterit in dict. l. 27. statutum; an contra ejusdem legis dispositionem, sic suam voluntatem observari voluerit, ut annullaverit expressim, quod in contrarium attentatum fuerit, prout de se constat aperte, nec majori comprobatione indiget.

CAPUT VIII.

De rescindenda venditione.

Legis 2. C. de rescindenda venditione. remedium, an ex humanitate, vel ex rigore juris processerit, & quare fuerit introductum, nec per illud intra dimidiam, sed ultra dimidiam tantum læsis succursum sit? Cur etiam emptori fuerit concessa supplendi pretii facultas; & ejus electioni res relicta; arguta quidem subtilis, & non vulgata disceptatio; quæ post incredibilem, & originalem Scribentium lectionem, multa adnotantur, quæ sic elaborata, aut digesta nullibi antea erant.

SUMMARIUM.

- 1 Lex 2. C. de rescindenda venditione, novum jus attulit Et Jureconsultis antiquis, quorum responsa exstant in Pandectis, incognitum.
- 2 L. 2. C. de rescindenda venditione, materiam tractatam à multis qui hoc num. præcitantur.
- 3 Hujus capituli disceptationem non vulgatam, Et pro ratione constitutionis l. 2. C. de rescindenda venditione omninò necessariam, nec ab alio hæcenus sic explicatam, hisque placituras, qui strictam juris rationem assequi desiderant.
- 4 Emptio aut nulla est, aut rescindenda: Nulla ipso jure corrumpit, nec eget rescissione, sed interdum exigit, ut talis à iudice declaretur, rescinditur emptio, quæ aliquo modo subsistere poterat, verum ab illa discendi ratio quædam major suadet.
- 5 Transcribendi vitium ab Authoris natura, Et conditione abborret.
- 6 Emptio, aut venditio ipso jure valet, si emptor, aut venditor circumvenitur in pretio ultra dimidiam, sed contractus rescinditur, Et subvenitur læso.
- 7 Ratio est in promptu, quoniam emptio, aut venditio hujusmodi in substantia non peccat, nec in se habet aliquid vitii, quippe, cum in ea sint res, Et pretium, Et consensus, quæ emptiois substantialia dicuntur.
- 8 Idcirco necessarium fuit remedium l. 2. C. de rescindenda venditione.
- 9 Ubi emptori ideò datur facultas supplendi pretii, Et ejus electioni res relinquatur, quia ut dictum est, emptio non peccat in substantia, sed potius justa est, Et perfecta, ex eaque factus dominus ipse emptor, ut eam à se invito avelli leges non permittant, nam si quid est in eo negotio vitii, non in ipso contractu est, Et sic rescindi non debet, emprore invito, sed in pretio, quod satis est supplevisse usque ad justum.

- 10 Emptori in casu l. 2. C. de rescindenda venditione, tum ex juris, tum ex æquitatis ratione, eligendi facultatem concedi.
- 11 L. 2. C. de rescindenda venditione, remedium, ex humanitate magis, quàm ex juris rigore introductum, prout hoc num. adnotatur.
- 12 In pretio emptiois, Et venditionis negari non posse, quin contrahentibus liceat se circumvenire; sic enim expressum est in jure.
- 13 Dubium tamen maximum esse in explicatione l. in causa, 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus, sic dicentis: idcirco Scribentes in multis locis, diversimodè interpretari legem illam.
- 14 Magis tamen communiter probari, naturaliter licere contrahentibus se circumvenire in pretio, non quòd natura ipsa rerum hoc permittat, sed natura, id est, naturales regule contractus emptiois, Et venditionis sic permittant, Et patiantur.
- 15 Quòd libenter admittit Auctor, nec aliam pati interpretationem verba dict. §. idem Pomponius, firmiter credit; exactius tamen necessarium fore hoc explicare, prout hoc num. explicatur, Et Moderni Parisi. traditiones in proposito recensentur.
- 16 Rescissione, Et remediè l. 2. C. de rescind. vend. vera ratio adducitur, Et Petri Gregorii adnotatio quadam in proposito recensetur.
- 17 L. 2. C. de rescind. vend. remediò, quare intra dimidiam læsis succursum non sit.

Circa materiam l. 2. C. de rescindenda venditione, quæ novum jus attulit, & Jureconsultis antiquis, quorum responsa exstant in Pandectis, incognitum, ut rectè tuetur Pinellus ibidem, 1. part. cap. 1. ex n. 2. & sequitur Dominus Antonius Padilla num. 11. Azevedius in l. 14. tit. 9. lib. 9. nu. 1. in fine. Multa equidem à me adnotari possent, quæ forsitan essent non contemnenda, nec ab aliis sic distinctè aut absoluté explicata: ideò tamen, consultòque ea prætermittenda duxi, quòd hæc de re in mille locis infinita tradiderint Scribentes, ac in eadem l. 2. ex professo explicarunt Doctores communiter, & plenissime Arias Pinellus, & D. Antonius de Padilla ibidem, Doctores etiam in cap. cum dilecti, Et in cap. cum causa, de emptioe Et venditione. Rebuffus, Antonius Gabriel, Francisc. Connanus, Antonius Gomezius, Petrus Mozzius, Mivius, Matienzius, Caballinus, Mascara. Rolandus, Navarrus, Didacus Perez, Sotus, Palacios, D. Spin. & alii, quos in unum congregavit Petrus Cenedus in collectanea 158. ad Decretales, per totam, ubi de hac materia. Covarr. variarum resolut. lib. 2. cap. 3. Et 4. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 3. ex n. 18. cum seqq. Manchaca de successione resolut. lib. 3. ad l. si quis in suo, §. legis, ex nu. 32. Et quest. usufruentium, lib. 3. quest. 48. Et qu. 61. Alvarus Valascus consult. 43. Et 44. Joannes Franciscus de Ponte in conf. 53. ex nu. 34. cum seqq. Et in conf. 54. ex n. 21. Joannes Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 26. per totum, Et practiarum lib. 2. quest. 133. usque ad quest. 145. Joannes Robertus animadvers. juris, lib. 2. cap. 12. Sarmientus selectarum lib. 1. cap. 11. ex n. 4. Et lib. 7. cap. 12. Arifminus Tepatus variar. lib. 2. tit. de rescindenda venditione, fol. 17. Hippolytus Riminaldus in conf. 483. Et in conf. 553. lib. 5. Azevedius in l. 1. tit. 11. lib. 5. novæ collectionis Regiæ. Bonifacius Rogerius in consil. 37. lib. 1. Petrus Gregorius in syntagmate lib. 25. cap. 24. D. Felicianus de Solis tractatu de censibus, lib. 2. cap. 1. ex n. 6. usque ad n. 12. Et num. 39. Et seqq. novissime Andreas Fachineus controvers. juris, lib. 2. c. 15. Et seqq. usque ad c. 27. Cævallos practic. comm. contra comm. quest. 508. Et §. 11. latius in quest. 536. & vide quest. 172. Petr. Augustinus Morla emptorè, tit. 9. de contrahenda emptioe, quest. 19. 20. 21. Et seqq. Nihilominus tamen hujus Capituli disceptationem ideò silentio prætermittit nolumi, quòd eam non vulgatam, & pro ratione constitutionis dict. l. 2. C. de rescindenda vendit. omninò neces-

fariam sciam, nec videam ab alio hæcenus sic explicatam, aut in disputationem adductam, hisque placituras sperem, qui strictam juris rationem assequi cupiunt.
 Et pro vera explicatione in primis constituo, quòd emptio aut nulla est, aut rescindenda. Nulla ipso jure corrumpit, nec eget rescissione, sed interdum exigit, ut talis à iudice declaretur: Rescinditur emptio, quæ aliquo modo subsistere poterat, verum ab illa discendi ratio quædam major suadet, ut utrumque optime advertit, & eruditè comprobat Petr. Gregorius in syntagmate juris, lib. 25. c. 23. nu. 1. Et 2. fol. mibi 255. ubi videri poterit; quoniam à natura, & conditione mea transcribendi vitium abhorret. Emptio igitur, aut venditio ipso jure valet, si emptor, aut venditor circumvenitur in pretio ultra dimidiam, sed contractus rescinditur, & subvenitur læso, modò, & formà in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione, introducta: aliàs si contractus esset nullus, rescissione non indigeret. Quòd aperte probat ille textus, & textus in cap. cum dilecti, Et in cap. cum causa, de emptioe, Et vendit. ubi unanimiter adnotatur omnes, qui hæcenus de hæc materia scripserunt, sic ut in hoc nullus quidem dissentiat: ac inter alios eleganter advertunt Franciscus Connanus commentariorum juris civilis, lib. 7. cap. 9. n. 10. fol. 223. Petrus Gregorius in syntagmate juris, lib. 25. cap. 24. in princ. fol. 256. Ratio est in promptu, quoniam emptio, aut venditio hujusmodi in substantia non peccat, nec in se habet aliquid vitii; quippe cum in ea sint res, pretium, & consensus, quæ emptiois substantialia dicuntur, §. l. 2. Et 3. l. 2. l. 2. C. de actionibus empti: plenè Antonius Gomezius tomo 2. variarum, cap. 2. de emptioe Et venditione, in princip. Pinellus in rubrica, C. de rescindenda vendit. 2. parte, c. 1. n. 2. Et 3. Petrus Gregorius in syntagmate juris, libro 25. cap. 2. n. 4. fol. 211. Et cap. 12. Et 15. Idcirco necessarium fuit remedium d. l. 2. Cod. de rescindenda venditione, ubi emptori ideò datur facultas supplendi pretii, & ejus electioni res relinquatur; quia, ut dixi, emptio non peccat in substantia, sed potius justa est, & perfecta, ex eaque factus dominus ipse emptor, ut eam à se invito avelli leges non permittant: nam si quid est in eo negotio vitii, non in ipso contractu est, & sic rescindi non debet, emprore invito, sed in pretio; quòd idcirco satis est supplevisse usque ad justum, ut elegantissimè atque ex infinitis, quos attentè prælegi, solus Connanus sic animadvertit, commentariorum juris civilis, libro 7. cap. 9. n. 10. vers. cur emptori, fol. 524. ubi in proposito allegat text. singularem in l. 6. C. de rescindenda venditione. Audiamus Imperatores sic dicentes: Non est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras: quamvis enim duplum offeras pretium emptori: tamen invito ad rescindendam venditionem urgeri non debet. Et cum iudicio docet, emptori prædictam facultatem eligendi, tum ex juris, tum ex æquitatis ratione concedi: quod ex d. l. 6. Et d. l. 2. probatur aperte, & in idem punctum non obscure Paulus Castrensis ad quem nullus advertit in eadem l. 2. Cod. de rescindenda venditione, n. 1.
 Secundo constituendum est, Imperatores jus novum introducentes, magis æquitatem, & humanitatem præ oculis habuisse, quam strictas juris rationes fuisse secutos; & sic; ex humanitate, non ex rigore juris introductum fuisse remedium dict. l. 2. C. de rescindenda vendit. quod expressim dixit textus in princ. ibi: Humanum est. Et advertunt Glossa prima, Bartolus, Baldus, Salicetus, Castrensis & communiter omnes, ut testantur Pantaleon de Crema c. 1. n. 38. Pinellus 1. part. cap. 1. n. 32. & Padilla n. 10. in princ. Petrus Gregorius in syntagmate juris, lib. 25. c. 24. in princ. fol. 256. Ex rigore namque juris, ideò non poterat contractus rescindi, quòd naturaliter liceat contrahentibus in pretio emptiois, & venditionis se circumvenire, ut dicitur statim: & hanc rationem

nem consideravit Glossa verbo, humanum, in eadem l. 2. & communiter omnes transferunt cum illa, nec ulla alia ratione existimant rescissionem contractus, aut remedium ejus legis impediri; verè tamen & aliæ rationes militabant, quæ rescissioni contractus, aut Imperatorum provisioni obstabant, & contractum juxta strictam juris rationem non rescindendum suadebant, ut n. precedentibus dicebatur, & sequentibus etiam adnotabitur.

13 Tertiò constituendum est, negari non posse, quin naturaliter liceat contrahentibus in pretio emptionis, & venditionis, se circumvenire; id enim expressum est in l. in causa, 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus, & in l. item si pretio, 25. §. finali, ff. locati: Dubium tamen maximum esse in explicatione eorum jurium sic dicentium; idcirco Scribentes in multis locis, diversimodè illa interpretatos fuisse, ut constat ex his, quæ communiter tradiderunt Doctores omnes in cap. cum dilecti, & in cap. cum causa, de emptione & venditione, & in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione, ubi latè pantaleon de Crema ex num. 137. Pinellus 1. part. cap. 1. ex n. 32. Padilla ex nu. 10. ubi omnes aliorum interpretationes improbavit. Bonifacius Rogerius in cons. 6. n. 85. & 86. lib. 2. Covar. resolut. lib. 2. cap. 3. n. 2. Fortunius, Navarrus, Sotus, & medina, quos adducit Doctor Felicianus de Solis de censibus, lib. 2. cap. 1. n. 11. ad finem. Menochius in cons. 109. n. 30. per totum, lib. 2. Cævallos præc. commun. contra commun. quest. 511. ex num. 5. Petrus Augustinus Morla emporii, tit. 9. de contrahenda empt. quest. 8. nu. 14. & 15. Matienzus in l. 1. tit. 11. glos. 1. ex num. 1. usque ad n. 7. lib. 5. novæ collectionis Regiæ. Azevedus in l. 14. tit. 9. lib. 9. & in dict. l. 1. tit. 11.

14 11. n. 9. Magis tamen communiter probari, naturaliter licere contrahentibus se circumvenire, non quòd natura ipsa rerum hoc permittat, sed natura, id est, naturales regulæ contractus emptionis, & venditionis sic permittant, & patiantur, ut cum Jacobo Andonderio firmavit Padilla in dict. l. 2. C. de rescindenda vend. n. 11. in fine. Doctor Felicianus de Solis tractatu de censibus, lib. 2. dict. cap. 1. nu. 11. ad finem, & Cævallos ubi supra, in fine; nec videtur dissentire Matienzus in dict. l. 1. tit. 11.

15 glos. 1. n. 5. quamvis firmiter in hoc non insistat. Ego verò libenter id probaverim, nec aliam pati interpretationem verba dict. §. idem Pomponius, firmiter crediderim; exactius tamen explicare necessarium fore, prout latius explicavit, & acutè quidem Modernus Paris. à quo transcripsit Caballinus de usuris, quest. 14. n. 170. & sequent. fol. 185. nec refert Padilla. nec etiam Felicianus, locis relatis supra. Et in primis eruditè & verè constituisse Modern. Paris. leges prædictas dicentes, naturaliter licere contrahentibus, & c. non pro foundationis auctoramento accipiendas esse, nec etiam propriè pro jure naturali, quum semper bonum & æquum sit, sed pro mutua quadam & tacita indulgentia contrahentium adinvicem, qui vel mutuo naturali amore non dedignantur aliquid modicum, sive scienter, sive ignoranter invicem remittere de suo: vel si fortè non ex amore, saltem nimiam scrupulositatem alii tanquam sordidam, alii, quia non vacat, dedignantur & averfantur, & ex prædictis duobus, vel eorum altero nascitur illa indulgentia; difficulter enim, & rarò exactam æqualitatem scrutari, coguoscere, & servare possunt; & si quando possunt, non vacat; & si possunt, & vacet, adhuc utilius & honestius est, modicum defectum vel excessum, si quis sit, mutuo condonare, quàm in mutua, & indivisa æqualitate inquirenda immorari, & torqueri, nimiamque litigandi materiam tollere: quare non solum utile, sed necesse fuit, modicum à summa illa æqualitate defectionem indulgere, quia idè naturaliter licere dicitur tum quia contrahentes tacito quodam naturali consensu, id sibi mutuo condonare videntur; tum quia de natura contractuum esse videntur, sine quibus commode non possunt in communi, & promiscuo usu haberi: unde tacita hæc, & mutua condonatio, non dicitur dona-

tio, sed concomitantia, & sequela contractus, ut ibidem latius adnotavit ipse Author.

Deindè, eruditè etiam, & verissimè constituisse, necessarium fuisse, in indulgentiam eam cohibere, vagantque, & incertam declinationem ab ipsa justa, & vera æqualitate contractuum commutativorum refrænari, & limitari publicè interfuisse, hinc Diocletiano, & Maximiano visum fuisse, satis esse licentiam illam per excessum, vel defectum à justa, & vera æqualitate declinandi, rd dimidiam justi pretii vel æstimationis. id est, ipsius æqualitatis cohibere, ne ulterius vagari possit, & consequenter ipsi usque ad dimidiam retrinxerunt, sed excluderunt læsionem ultra dimidiam; & quamvis in hoc Modernus ipse Paris. redarguat Imperatores, ut eodem loco videri poterit; nihilominus tamen justa rationes eos moveri, negari non potest, ac ad eam usque partem justi pretii, vel æstimationis licentiam illam cohibere, & reipublicæ forsitan interfuisse, nec sine maximo mysterio, aut necessitate factum; idcirco & aliis juris Authoribus placuisse, qui & sublimitatem, & scrupulositatem, etiam contra ipsomet Imperatores, aut Jureconsultos inquirere solent; sic placuit Conano commentariorum juris civilis, lib. 7. cap. 9. n. 10. Petro Gregorio in syntagmate juris, lib. 2. cap. 24. Joanni Roberto animadvers. juris, lib. 2. cap. 12. Duareno in leg. si quis cum aliter, ante finem, ff. de verborum obligat. Pinello in eadem l. 2. C. de rescindenda vendit. 1. part. cap. 2. in principio, & num. 4. Cujacio in commentariis de integritate restitutione, & in l. in causa, 2. ff. de minoribus Forcatulo dialogo 100. & apud nos approbatur hodie in l. 56. tit. 5. partita 5. & in l. 1. tit. 11. lib. 5. novæ collectionis Regiæ.

Quare autem læsionem intra dimidiam excluderint, 16 & læso ultra dimidiam succurrendum provideant, Modernus Parisiens. non explicavit. Sed ferè omnes hucusque in hac materia Scribentes, in eo magis insunt, ut existimaverint, idè læsionem ultra dimidiam, lege non esse permissam, aut toleratam, quia enormem quidem, atque immensam crediderunt Imperatores: Ita sentit aperte Glossa, verbo, humanum, in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione, & ibidem Bartolus, Paulus, Baldus, Salicetus, & cæteri alii Recentiores, qui in effectu in idem incidunt; addiderim ego id verum esse, atque ex humanitate, aut æquitate introductum: æquitatem autem, sive humanitatem ex eo procedere (quod eruditè, & ingeniosè atque inter cæteros alios solus Petrus Gregorius adnotavit lib. 25. dict. cap. 24. n. 19. fol. 261.) scilicet, quòd labi, errare, & falli in negotiorum tractatione, humanum est; & proinde communi hac fragilitate deceptis subvenire, & expedire, & ipsam humanitatem exigere, per textum singularem in l. 1. Cod. si major factus alienationem ratam habuerit, ibi: Inconsulto errore, l. 2. C. de actionibus empti: facile enim in rerum suarum æstimatione decipiuntur venditores, atque in emptione alienarum emptores, ut ibidem advertit prædictus Author; idcirco, & ultra eum, cum contractus emptionis, & venditionis sit bonæ fidei, & in quo æquitas summa desideratur, l. bona fides, ff. de positi, l. contractus, ff. de regulis juris, l. si dolo, l. bona fides, C. de actionibus & obligat. Baldus in eadem leg. 2. C. de rescindenda venditione, num. 5. magnas deceptiones ab eo contractu arcere, atque deceptis consulere, humanitatis & æquitatis ratio postulabat, eaque suadente, proditum fuit remedium dict. leg. 2. juxta superius relatos, & communem aliorum mentem, quæ in hunc sensum est accipienda.

Quartò & ultimò constituendum est, non omnium, 17 quæ à Majoribus nostris tradita sunt, rationem reddi posse, ut inquit textus in l. non omnium, ff. de legibus. Et quidem, si aliquis quærat, quam ratione læsionem intra dimidiam, quæ considerabilis esset, Imperatores non excluderint, aut quare considerabili læsione intra dimidiam, læsis non consuluerint: responderi poterit, ferè nullum ex infantis, quos prælegi, rationem con-

cludentem

cludentem adducere, aut etiam in hoc quærendo non laborare; dici tamen posse, quòd contractus emptionis, & venditionis est valde frequens, & necessarius. & Reipublicæ summè utilis; & sic non ita de facili rescindi debet res bona fide emptæ, vel vendita, l. res bona fide, 54. ff. de contrahenda emptione. Nec etiam naturalis illa facultas se circumvenienti adinvicem, prout superius explicavimus, intellecta, adeò restringi debuit, ut hominum comærcia turbati, aut aliquo modo impediri contingeret, si ob læsionem quamcumque in pretio contingentem, contractus conventi rescinderentur, & litium occasio sic præberetur, ut finis earum nunquam esset, sed perpetuò homines inter se rixis, & litibus vexarentur. ut cum Divo Thoma, Soto, Fortuatio, & aliis, non malè advertit Matienzus in l. 1. tit. 11. glos. 1. n. 4. libro 5. novæ collectionis Regiæ. Felicianus de censib. lib. 2. c. 1. n. 11. in vers. quoniam magis est. Petrus Gregorius in syntagmate juris, lib. 25. c. 24. n. 20. qui propter utilitatem & frequentem usum contractus emptionis, & venditionis, rescissionem intra dimidiam denegari contendit; ac denique, quia juris principiis refragantibus, videlicet quòd contractus semel finiti, & perfecti firmi esse debent perpetuò, & consensu factæ venditiones rata permanent, nec ab emptione semel perfecta discedere liceat, altera parte invita, noluerunt Imperatores ita de facili, aut læsione quacunque, emptiones, aut venditiones rescindi, sed propter grandem, aut enormem læsionem dumtaxat, qualis est læsio ultra dimidiam, uti nunt non obscure textus in l. si voluntate, 8. C. de rescindenda venditione, quæ in vers. quòd si videlicet, veram sentit hujus dubii rationem, & singulariter in hunc modum dicit: Quod si videlicet contractus emptionis, atque venditionis cogitasset substantiâ, & quod emptor viliorè comparandi, venditor cariorè, distrahendi votum generes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente; emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium: profecto perspiceres, naq; bonam fidem, quæ emptionis, atque venditionis conventionem tuetur, patitur; neg; ullam rationem concedere, rescindi propter hoc consensum finitum contractum, vel statim, vel post pretii quantitatis discretationem; nisi minus dimidia justi pretii, quod fuerat tempore venditionis, data esset, electione jam emptori præstita servanda.

CAPUT IX.

Instantia cœpta de Majoratu qualiter transeat in hæredes.

Instantia cœpta cum Majoratus possessore, an, & qualiter transeat in sequentes ipsius Majoratus successores? item, an transeat in singularem etiam rei successorem in judiciis realibus: ubi nonnulla adnotantur ab Authore, quæ pro hujus rei explicatione, silentio prætermitti non poterant, & ab his relinquuntur intacta, qui de Hispanorum primogeniis tractantur.

SUMMARIUM.

- 1 Instantia cœpta cum Majoratus possessore, transit in sequentes ipsius Majoratus successores, ita ut denuò lis non debeat cum eisdem inchoari, sed sequens successor in eo statu judicium subire debeat, in quo ab ipso Majoratus possessore relicto fuerit.
- 2 Instantia litis transit in successorem etiam particularem rei, si ex necessitate succedat; si autem voluntarius successor sit, non transfertur instantia.
- 3 Et necessitas duplici modo in proposito consideratur remissivè.
- 4 Instantia ubi transit adversus, aliquem, is citandus est: & reassumpta instantia actoris, reproducuntur omnia acta,

& docetur de translatione instantiæ. & sic quoq; ubi instantia transit adversus successorem rei, omnia verba repetuntur.

- 5 Instantia judicialis, activè & passivè transit ad universales jurium successores.
- 6 Et est valde utile, ut instantia transeat, propter expensas, fructus, & accessiones.
- 7 Instantia generaliter transit in casibus, ubi bona & jura transferuntur.
- 8 Instantia an transeat in singularem successorem in judiciis realibus; & de opinione Bartoli ibidem.
- 9 Bartoli opinio in superiori dubio probatur, & ejusdem doctrinæ receptis, elegantè explicatur text. in leg. 15. à quo 57. & 58. ff. de rei vindicatione, & in leg. penult. ff. de petitione hereditatis.
- 10 Instantia cœpta cum testatore desuncto, licet transire debeat in fideicommissarium, cœpta tamen cum ipso hærede in fideicommissarium non transit.
- 11 Adversus communem traditionem Molina, de qua supra num. 1. dubium movetur ab Authore, & num. præced. & seqq.
- 12 Majoratus primo institutori, quilibet successor succedere dicitur in infinitum.
- 13 L. in hoc judicio, ff. familiæ eriscundæ procedit in restitutione, quæ fit judicio reali, sed restitutio, quæ fit fideicommissario universalis, fit judicio personali, ideoque instantia cœpta cum hærede, in ipsam non transit.
- 14 Majoratus & fideicommissa in aliquibus conveniunt, sed differunt in multis.
- 15 Fideicommissarius ad hæredem fideicommissum petere, & de manu ejus recipere debet, neque propria auctoritate possessionem bonorum jure fideicommissi relictorum, occupare potest, aliâ à jure fideicommissi relicto: sed in Majoratus successore contra statuitur, n. seqq.
- 16 Fideicommissarius nullum jus habet in bonis subjectis fideicommissi, nec actiones aliquas intentare potest, quousque re, aut verbis restitutio fiat per hæredem.
- 17 In successorem Majoratus, ipso jure transit dominium bonorum Majoratus, & possessio etiam absque aliqua restitutione.
- 18 Gregorii de Cadebo distinctio novè tradita in hac materia decis. Lusitanicæ, 198. n. 5. 1. part. dubia & periculosa visa Authori.

His, quæ Scriptores hujus Regni pro explicatione præsentis quæstionis adnotarunt, nonnulla adjungere pro majori ipsius declaratione necessarium duxi.

Idcirco advertendum erit in primis, quòd instantia, cœpta cum Majoratus possessore, transit in sequentes ipsius Majoratus successores, ita ut denuò lis non debeat cum eisdem inchoari, sed sequens successor in eo statu judicium subire debeat, in quo ab ipso Majoratus possessore relicto fuerit: quod in terminis resolvit Molina, & refert quamplures juris Authores, quorum auctoritate movetur, de Hispanor. primogeniis, lib. 4. c. 8. n. 6. & idem tenuit Mieres de majoratu, part. 4. quest. 14. n. 3. ubi asserit, communiter practicari in Regali Cancellaria Granatensi: quòd si successor in Majoratu se opponit liti per prædecessorem inchoatæ, teneatur assumere litem in eo statu, in quo erat, tempore oppositionis, & vide in hac materia Barb. in l. si constanter, §. finali, n. 24. & 25. ff. soluto matrimonio, ubi agit de intellectu l. in hoc judicio, de qua statim, & aliorum similium jurium; & in proposito, an, & quando transeat instantia, multa scribit ex n. 16. usque in finem §. Cabedo etiam novissimè decis. senat. Regni. Lusit. decis. 198. per totam. Prosententia autem prædicta duplex adducit fundamentum Molina ibidem, dict. num. 6. Primum deducitur ex l. in hoc judicio, ff. familiæ eriscundæ, ex qua Bart. in summiario ejusdem legis, Angel. Paul. Bald. Jason. Butrius, Anchar. Socinus jun. Marfarius, Xuares, Rebuff. & Natta, quos recenset ipse Molina, deduxerunt communiter, quod



CONSULTA
USO EN LA SA